Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

fecerant qui accesserunt ad prin
cipes sacerdotum et seniores. et
dixerunt. Devotione devovimus
nos nichil gustaturos. donec occida
mus paulum. Nunc ergo vos no
tum facite tribuno cum concilio ut
adducat illum ad ducat illum ad vos
tamquam aliquid certius cogituri
sitis de eo. nos vero priusquam appro
piet parati sumus interficere illum.
Quod cum audisset filius sororis
pauli insidias venit et intravit in
castra et nunciavit paulo. Vocans
autem paulus ad se unum ex centuri
onibus dixit. Adolescentem hunc
perduc ad tribunum habet enim aliquid in
dicare illi. Et ille quidem assumens
eum duxit ad tribunum et ait. Vinc
tus paulus rogavit me hunc ado
lescentem perducere ad te. habentem ali
quid loqui tibi. Apprehendens autem
tribunus manum illius secessit inde
cum eo seorsum. et interrogavit il
lum. Quid est quod habes indicare
michi. Ille autem dixit. Iudeis con
venit rogare te. ut crastina die pa
ulum producas in concilium quasi
aliquid certius inquisituri sint de illo
tu vero ne credas illis. Insidiantur
enim ei viri ex eis amplius quam xl.
qui se devoverunt non manducare
neque bibere donec interficiant eum
et nunc parati sunt exspectantes
promissum tuum. Tribunus igitur
dimisit adolescentem precipiens ei
ne cui loqueretur quoniam hec sibi
nota fecisset. Et convocatis duo

bus centurionibus dixit illis. Pa
rate michi milites ducentos ut eant
usque cesaream. et equites septuagin
ta et lancearios ducentos a tercia
hora noctis et iumenta preparate ut
imponentes paulum salvum eum
perducerent ad felicem presidem. Ti
muit enim ne forte raperent eum iudei
et interficerent. et ipse postea calum
pniam sustineret. quasi pecuniam
accepisset. Scribens ei epistolam continen
tem hec. Claudius lysias optimo
presidi felici salutem. Virum hunc
conprehensum a iudeis et incipientem
interfici ab eis. superveniens cum ex
ercitu eripui eum cognito quia rom
anus est. Volensque scire causam
quam obiciebant illi deduxi eum
eum in concilium illorum quem in
veni accusari de nominibus legis
ipsorum. Nullum vero dignum mor
te aut vinculis habentem crimen. Et
cum michi perlatum esset de insidiis
quas paraverant ei misi illum ad
te. denuncians et accusatoribus ut
dicant apud te. Vale. Milites ergo
secundum preceptum sibi assumentes
paulum duxerunt illum per noctem
in antipatridem. et postera die di
missis equitibus ut irent cum eo
reversi sunt in castra. Qui cum
venissent cesaream et tradidissent
epistolam presidi. statuerunt ante illum
et paulum. Cum legisset autem et
interrogasset de qua provincia esset
cognoscens quia de cylicia esset.
Audiam inquit te cum accusatores

329